

tim sine omni involucro jacentes, in qvibus os notabile nudum anonymum.

## XI.

Arcula quadrata pretiosissima, in cuius operculo ex Porphyrio lapide auro elegantissime ornato, leguntur hi duo versus.

GERTRUDIS CHRISTO FELIX UT VIVAT IN IPSO  
OBTULIT HUNC LAPIDEM GEMMIS AUROQUE NI-  
TENTEM.

Gemmas adhuc habet XLIV. majores, in quibus XV. Saphiri, multasque minores. Plurimæ margaritæ cum 48. lapidibus pretiosis sunt deperditæ. Omnia cistæ latera auro obducta filatim elaborato aurificis opere (filagrain) in quibus 23. loculi (Niche Gallis dicuntur) & in his totidem statuæ ex auro solido. Quinis earundem adscripta sunt nomina: Sigismundi. Constantii. S. Crucis. S. Helenæ. S. Adelheidis.

Includuntur huic cistæ reliquiæ sequentes.

1. Os de brachio S. BARTHOLOMÆI Apli.
2. De COLUMNA u. k. (h. e. ubi Christus) ligatus est.
3. S. GERTRUDIS virginis.

*Hæc Nivigellæ in Brabantia clarissimo genere orta despexit mundum, & toto vitæ suæ cursu in omnibus sanctitatis officiis se exercuit. v. M. R. ad XVI. Kal. Apr.*

Ad